Super

facultatibus quas M. et R. p. d. Archiepus Neapolitan. Nuncius Ap.cus in Regno Poloniae sibi concedi postulat per suas Lras ad Hm.um et R.mum D. Card.lem Montis Alti datas Versoviae die xvij Maij M. D. Lxxxxvij. exhibitis etiam exemplis Lrarum Aplicarum super hmoi facultatibus per b.re. Gregorium xiii als concessis R. p. d. Caligario Nuntio itidem Ap.es olim in illis partibus.

Et quoad priores.

Licentia seu dispensatio conversandi, cibum sumendi, et colloquendi cum haereticis sine incursu censurarum et periculo suspitionis haereticae pravitatis, videtur concedenda in illis partibus, si iam concessa non est.

Licentiam legendi et retinendi libros haereticos et prohibitos S.mus non facile concessit, praesertim non Theologis; et cum non subest causa.

Facultatem autem concedendi alijs licentiam legendi et retinendi libros haereticos et prohibitos, S. D. N. als noluit ipsi concedere; nisi ut certis et paucis personis, et ad finem illos confutandi, sub quadam forma, prout iuxta illam iam concessa fuit de mandato S.tis Sae per Lras patentes Officij S.tae Romanae Inquisit.nis

Quo veris ad posteriores.

Facultas cognoscendi causas beneficiales &c. Si causae beneficiales et similes de Regno Poloniae in secunda vel ulteriori instantia non deferuntur ad Romanam Curiam (quod posset intelligi ab Auditoribus Rotae,